1515. in Obri:

Petrus Thomicki Episcop: Przemislien: Luce de Gorka Castellano Posnaniensi et Capitaneo Majoris Poloniae—

144

Nudius Tercius profectus est isthuc ad vestram magnificiam Frater meus Dominus Nicolaus, quem, rogo, nolit apud se diutius retinere, quoniam Majestas Regia vult, ut una Septimana, ante discessum Dominae Reginulae huc redeat. mittit enim cum Illa omnes istos Aulicos, qui sunt gravioris Equitatus, et ita dari Illi poterit Praefectura Stabularia, vel apud Ipsam Dominam Reginulam, vel apud Regiam Majestatem si Dominus Ociesski, etiam illuc mittet.—

Ex Dominis qui comitabunt Suam Illustritatem, Deputati sunt ij. Dominus Palatinus Posnaniensis, Dominus Marschalcus Regni, et Dominus Lathalski Praepositus. alia quae ad praesens scribam nulla sunt. Commendo me etc.—